



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

20. Novembris. Qui cum facultate præest, videat, ne charitatis particularis affectus, universali noceat. S. Ignat. p. 1. c. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

quòd in desolatione pariter, & consolatione illi adhærere possit. Nec quidquam est, quod displicere possit, si è patris manus profectum sciat.

Qui desolationem animi, corporis consolatione compensare vellet, languorem ille membrorum veneno curare, morbum morte levare vellet, ac hoc est, quod dæmon in turbido piscatur.

## 20. Novembris.

*Qui cum facultate præest, videat, ne charitatis particularis affectus, universalis noceat. S. Ignat. p. 1. c. 3.*

**C**entrum suorum est superior, hunc respiciunt universi, quàm diu pari hic ad singulos affectu, paralellis velut lineis fertur, nec medium deserit; quòd si ad dextram declinet, aut sinistram, circulum efficit vitiosum.

Æmulatio, invidia, similtates non tam subditorum, quàm superioris, vitia sunt; qui si hæc, partiali erga aliquos affectu, non foveret, invidiæ materia, id est, fomes igni subtraheretur.

In medio discipulorum stetit Christus, dum dixit: pax obis. Hæc in communitate

tate speranda non est, nisi superior medius inter omnes, pari in singulos affectu, & providentiâ feratur.

Quid est superior? nisi publico subditorum tributo, vel communi obsequio conductus servus. Decet proinde: ut qui parem à singulis mercedem exigit, parem etiam reddat affectum, & æquas in quemvis curas dividat.

## 21. Novembris.

*In terris mora violentus labor est, nisi plus in cœlo, & in Deo per amorem, quam in terris, & tecum verferis; ut solis radii tam diu extra solem effulgent, & vivunt, quam diu in sole vivunt. S. Ignat. apud Bart. l. 4. n. 30.*

**M**inimus gradus gratiæ divini rite ponderantibus majoris esse debet, quam thesauri, ac gemmæ totius mundi: hi enim licet ab uno possiderentur universi, beatum non efficerent; illa filium Dei, cœli hæredem constituit.

Quàm parvo, quàm magna lucra facimus! modico pretio infinitum comparatur; infausti propolæ! si alias merces quæritis; huc adeste, gratia Dei ultro pro-